

[56v] 1616 die martis 16 februarii in tertiis

Visitatio ecclesiae sancti Nicolai de Ortega, cuius rector est reverendus Antonius de Canevaggia iam octo annos, reddictus centum libre, animas sexagintasex.

Non tantum in titulum propter parvitatem reddictus.

Non adest sanctissimum Sacramentum propter distantiam habitationibus et paupertatem loci.

Unicus calis cum patena sculpta.

Pissis sine demptulo, sine bursa et sine velo pro infirmis.

Corporalia, purificatoria et amictus sine crucis.

Missale antiquum et vetustum.

Unicum pallium ceruleum ex panno.

Unica planeta viridis cum stola et panno ceruleo et manipulo indigno diversis coloris.

Duo candelabra lignea et vetusta.

Nulla lanterna pro defferendo lumine infirmos.

Omnes communicantur per modum viatici.

In Paschate non utitur singrafis ad conoscendum qui communicaverit.

Qui communicant astergunt os post oblutionem cum tubalia quam manibus tegunt.

Cera pro sacro ministratur a populo.

Non adest societas Corporis Christi neque sanctissimi Rosarii, nec oratorium disciplinatorum.

In missa datur ad deosculandum manipulum in offertorio, mulieribus post sacrum.

Fons baptismalis est lapideus, sine piramide, sine cancellis [57r] cum operculo, sine clavi et cera [= sera], sine aqua, quia praetereunt anni et nullus baptisatur.

Sacrarium sine operculo alio et prope baptisterium.

Olea sacra servantur in arca prope altare in qua servatur alia spectantia ad altare.

Non est bursa in qua servatur oleum infirmorum.

Servatur in eodem loco etiam sine bursa.

Oleum fertur ad infirmos sine lumine.

Confessionale sine bulla et sine in imagine aliqua.

Deest urceolus pro sacro.

Claves dictae ecclesiae manent apud parrochum.

Semiterium patet bruttis.

Altare spogliatur semper post sacrum.

Acqua in fonte baptismali exsicatur ab ipso lapide.